



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Quòd conuentu[m] montis Sanctae Vvalburgis irrisit, cap. 54.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

LONIVS: Potest diabolus lædere aliquē prout vult
CÆSARIVS: Nequaquam sine Dei permissione, & hoc
 lob 1.2. in corpore sicut lob, nunquam verò in anima homi-
 nē lædere potest, id est, ut eum peccare cogat, ni-
 mente consentiat.

C A P V T L I I .

Diabo- **D**abolus similis est vrsō siue leoni ad stipitem li-
lus nul- gato, * qui licet in catena sua rugiat circum-
num p - iens, neminem tamen lædit, nisi quem infra suū
8. liuge. circulum rapuerit. Diaboli potestas catena diuinę co-
re ad pec hibitionis sic arcta est, vt neminem cogere possit ad
catum. peccandum, nisi ad eum ingrediatur per peccati con-
*** Augu-** fessum. Secundū Apostolum Petrum: Tanquam les-
stin. ser. rugiens circuit, in sua catena, quārens quem deuo-
297. de ret. Sæpe sanctos viros terret & impedit, sed no-
zemp. re non potest.

1. et. 5

Diabo- **I**n Bonnensi ecclesia, sicut audiui ab eius concano-
lus bono. niciis, vir quidam extitit castus, multumq; religio-
impedi- sus, cui diabolus ita infestus erat, vt sæpe noctibus,
dum no cùm lecturus esset lectionē ad matutinas, literam te-
cere ne geret, vel folium verteret, & quandoque lumen exuf-
quit. flaret. Hoc ideo egit, vt virum sanctum coram fratri-
 bus confunderet, & confundendo ad impatientiam
 prouocaret, cuius nequitia tanta est, vt cùm religio-
 sos irritare vel impedire non valet, saltem eos impe-
 diat & subsannet.

C A P V T L I I I .

REtulit mihi quādam religiosa sanctimonialis ordinis nostri, Petrissa nomine, quod cùm sta-
 ret in quadam solennitate ad matutinas a cete-
 ris sororibus semota, & aliis validè psalletibus, in grati-
 atum actionem erumperet, dicens: Benedictus sis
 Domine, quod iste dilectus conuentus tam deuotè te
 laudat, tu illis retribuas; mox audiuit strepitum horri-
 dum, quasi alicuius de retro ad conuentum properan-
 tis, claraque voce dicentis: Hoc fiet pro Deo, oratio-
 nem eius subsannans. Et inhorruerunt continuò om-
 nes capilli capitis eius, **A P O L L O N I V S:** Sæpe subitus hor-

horror inuadit me, tam in choro, quam in reliquis locis. Quæ tibi videtur huius horripilationis esse ratio? CÆSARIVS: Ex præsentia dæmonum est. Natura ^{Diabolus;} canis, qui lupum insequi consuevit, talis est, ut eū ex ^{etiam nō} quadam vi naturæ iuxta se sentiat, cùm tamen oculis ^{cospecti,} illam non videat: & quia inter eos odium naturale ^{sata præ-} est, turbatur statim & latrat. Sic est inter hominem & ^{sentia hō} diabolum. Inimicitias posuit inter eos Dominus: vnde ^{mini hor} de vœ homini, qui cum illo pacificatur, semper calca- ^{rorem in} neo eius diabolus insidiatur. Et licet eum homo ex- ^{currit.} terior non videat, interior, id est spiritus, illius mali- ^{Gen. 3.} gni spiritus iuxta se præsentiam bene sentit. Quid ergo mirum, si tunc turbatur, si horrorem patitur? Hoc verum esse, exemplo tibi demonstrabo.

C A P V T L V.

Vxtra Coloniam sacerdos quidam fuit Michaël nomine, satis religiosus in genere suo, duarum villarū ecclesiás rexit, ex quibus vna Burge, altera Rode vocatur. Tempore quodam Parasceue, cùm in vna ecclesia serò matutinas dixisset, & ante diem, seruo suo absente, solus ad alteram properaret, timore viæ gladii secum portauit. Qui cùm ad quoddam nemus venisset, tantus timor & horror eum inuasit, vt omnes pili capitis eius, sicut dici solet, sursum erigerentur, & gelido sudore omnes eius artus perfunderentur. Quæ tamē tanti horroris causa latere nō potuit, quia mox ^{vt oculos ad nemus vertit, hominem teterrimum iuxta arborem satis altam stare conspexit: qui eo in-} tuente in momento adeò crescendo aſcendit, ^{vt eidē arbori æquaretur, circa quem fragor arborum & ni-} mij fremitus ventorum excitabantur. Territus supra modum sacerdos, fugit, quem diabolus cum turbine à tergo insequeſens, vsque ad Villam Rode nō deseruit. Postea cùm idem sacerdos visionem simul & timorem Conuerso nostro Richardo recitaret, ille si- eut vir est religiosus, religiosum ei verbum respon- dit: Domine, inquit, ecclesiastice, si ad diuina eundo psalmū in os vestrū assumpsissetis, non yobis hæc in via euenissent, terror ille pœna peccati fuit; Diabolus